

RENATI
CHOPPINI
ANDEGAVI I.C.
ET IN GALLICA CVRIA MAX.
ADVOCATI
DE SACRA POLITIA FORENSI
LIBRI III.

Ad HENRICVM III. Galliarum & Poloniæ Regem,
Cum Indice Verborum, Rerumque locupletissimo.

Misericordia Regis Tertiarum, Iustitia et Pax. Intra menses duos post eiusdem regni annos, iustitiam
et pietatem eiusdem regni, et regni suorum, et regni septuaginta. Iustin. Nouel. 6.

TERTIA EDITIO.



PARISIIS,
Apud Laurentium Sonnum, via Iacobæa,
in Circino Aureo

M. D C. IX.

CVM PRIVILEGIO.



CHRISTIANISSIMO REGVM REGI ERRICO

III. VALESIO.

Renat. Choppinus, Felicitatem.



V O D P R E C A T V S sum à Deo Opt. Max.
(PRINCEPS Sacratiss.) ut Ecclesiasticam Politiam
prisorum Regum virtute stabilitam, sed difficilimis his-
ce collapsam temporibus, restitui Orbi Christiano pare-
retur, id beneficio diuinio immortalique tuo lator identi-
dem promoueri. Externa enim Civilisque Ecclesie dis-
ciplina, cuius vindices se Maiores iuri assertoresque pre-
buerunt acerrimos, euersa erat propemodum huius ef-
frani licentia seculi corruptioneque degeneris posteritatis. Ast iure nunc co-
priuata in Superos Pietati, & publica huius Imperij Cure quantion tribui
par est,

Te Duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine Terras.

Duabus nempe illis Arribus ut initio parta est, ita reinetur revocari ve in
vsum Censura Regia, Politicaque Ecclesie ministrorum Observatio: Quoniam
hac iuncta demum inflectere sensus humanos Edicta queant ac Vita Re-
gentis.

S C I O equidem de rebus Sacris iudicium esse Pontificum, non Principum:
Qued & Leontius Tripolitanus antistes Constantio Imp. fertur in consueta
Episcoporum respondisse. At nemo quoque negarit, Regium istud esse Ciui-
liiunque Magistratum munus, Ecclesie decretatu*r*, conseruare, tum lati legi-
bus, omnes sacris addictos continere in officio: urgendos etiam ad canonum
Ecclesiasticorum, veterisque cultum discipline, Principali non minus auctorite-
tate quam Pontificali. Alterius sic altera poscit opem res, & coniurat amicē

Externa & tri Civili
Ecclesie Politia.



RENATI CHOPPINI ANDEGAVI I. C. ET

IN SUMMA PARISIENSI
CURIA ADVOCATI

Ad venerandos Galliarum Pontifices.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

De mutua Ecclesiastica, Regieque Potestatis Officijs.



V M M V L T A diuinitus ad Ciuitem Societatem tuendam instituta sunt à Principibus Christianis : tum nihil præclarius, quām quod has duas res paribus inuicem studiis coli voluerunt, & D E I immortalis Religionem, & Iustitiam Politicam : quæ habent commune aliquod vinculum, ac cognitione veluti quadam inter se continentur. Non modo enim distinctis operis Pontifices Religionem interpretando,

Magistratus iura dicendo, Rempub. conferuant: sed mutua quoque alterab altero subsidia rerum gerendarum petere consuevit.

2. N A M (vt à Sacerdotibus ordiamur) Hieremias pius vates monebat populum haud dubio Numinis instinctu, vt pro Regis sui fali te preces votaque effunderet. Daniel item interpres Diuum defebat aerumnas Iudaicæ Reipub. cedebatque grauissimas conciones de futuris Principatum, vel hotum conuersationibus, vel illorum euersionibus. Similiter apud Babylonios, Ezechiel haud leniori angebatur reparandæ Urbis cura, quām Ecclesiæ restituendæ. Ex quo sollicitos de Politiis mortalium facros Vates possis agnoscere. Eadem quippe in Partiam propensa voluntate, Zacharias Προφῆτης VI- gebat persequè Ciuitatis, vt Aggæus Templi instauracionem. Christi deinceps temporibus, commendati sunt à B. Paulo Ecclesiasticis precibus Civiles Gubernatores, vti sub corum Ditione piam ducamus vitam ac tranquillam. Tunc enim conuenientes de more pro- tochristiani, Superos orabant pro incolumente Romani Imperij,

Quæta si Religionis
ac Iustitiae ambo
et continetur.

Ecclesia, votis nec
nec opibus, pro falso
Principum operis
suppicias.

Zacharias Prophetæ
vitas Politica.

Primi Christiani.